



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

**[Mit Teil von Relatio V] RELATIO VI. De Ianuario &
Februario.**

DE EODEM JANUARIO 1626.

Brunsviga sub finem Ianuarij adhuc unâ fuerunt ordines. *Fridlandici* & *Tillæi* legati aliquid de gravissimis postulationibus suis remiserunt: ut jam propius ad rem accedere videantur. *Croatij* ad portas usque arcis *Wulferbitanæ* prædandi causâ evagantur, quorum plurimi ultrice ferro è medio tolluntur.

Lubecenses cives & nautæ magno furore maximaque calliditate dicuntur sæpè sese in *Mansfeldium* ex urbe, portis clausis & diligentissimè custoditis, effundere, ita, ut per quam partem muri se cum armis penetrent, nesciatur.

Mansfeldius designavit aliquot turmas, quæ in agrum *Schaumburgenlem* se conferant. Suspicio est, ideò mitti, ut legionibus, quæ ex *Anglia* & *Hollandia* per *Albim* venient, navi exeuntibus, irruptiones & vim hostium atq; malevolorum defendant.

RELATIO VI.

De Ianuario & Februario.

Romæ circa 24 Jan. Cæsareus Legatus, Dux di *Savilli*, litteras Imperatoris, de *Ferdinandi Ernesti*, in Regem *Ungariæ* electione, *Papæ* reddidit. *Leopoldus*, sponsalibus cum Principe virgine de *Urbino Florentiæ* celebratis, inde discessit: Sponsâ autem ad cœnobium redijt, *PAPA* Cardinalibus, nuper creatis, mitram Pontificalem singulis misit: quo ipso multa beneficia lucratus est, quæ alijs rursus contulit: inter quæ beneficium unum, de Auditor della Camera dictum, *Domino Mario* 70000 coronatis vendidit.

Papam

RELATIO VI.

PAPAM cum Gallo & Hispano egisse scribunt, de sibi tradendo Voltino: utq; præsidia in eo disponantur: quæ uterq; Rex suis alat sumtibus, dum causa hæc deciditur. *Genuâ* missos esse in Germaniam, qui militem congregent, qui sub Patroni, copiarum præfecti, vexillis sint. **NOVILANI** seditio exorta fuit, ad quam sedandâ *Genuenses* confestim 2000 ablegarunt:

Dux *Thurinensis* aliquot tormenta bellica *Montanem* adhibi curavit; ut ea, quæ sibi á *Genuensibus* erepta sunt, jure recuperet. In *Pedemontum* duo agmina peditum, cum 600 equitibus, ductore *Lanquillo*, appulerunt. *RIVÆ* soldurijs *Germanis* intercepta stipendiorum solutio turbas dedit: quæ tamen interventu pecuniæ mox expirarunt. *Venetijs* in singulos dies crescit militum numerus: quæ res aliquid portendere videtur.

Vienna hilares aliquot dies ludis larvatorum, & equestri sphaeromachia, in honorem novelli Regis *Ungariæ*, consumti sunt. Collectionem 30000 virorum *Cæsar* jussit maturari. Nuptiæ *Leopoldi* 22. Feb. *Oeniponte* celebratæ existimantur. Ad eas invitatus *Cæsar* num comparuerit, nondum nobis constat.

Pragæ in *Capperiam* 28 Jan. dicta est sētentia: ut virgis dorium despoliata, in loco supplicij destinato viva defoderetur; stipite postea per ejus pectus adactio. Sed hæc severitas precibus mitigata est. Itaque 30 Jan. curru carnificis ex veteris oppidi *Curia* in parvum *Late* deducta *Capperia*, & hinc illuc reducta est, & utrobiq; novenis verberibus in ejus tergum est itū. A curia verò usque ad domum, quam & ad forum *Vetus* habuit, progre

gredi coacta est, ubi, præsentè maxima hominum multitudine, super panno nigro ei collum abscissum est. In Sablkyum autem intra carceris parietes animadverti, ut Cæsar permittat, supplicant ejus propinqui: contradicentibus ijs, quibus judicia commissa sunt, qui volunt, publicè in eum exemplum statui debere. Sed quid fieri debeat, Cæsar definiet. In novo oppido Pragæ persecutio cepit. Capitaneus enim Urbis per quartas cives sibi sistere jussit, quibus præsentibus imperavit religionis mutationem. Ex his multi constanter affirmant, pætius se pulcram per vulnera mortem, appetituros, quam Papanos futuros. Alij deliberandi petiverunt spacium quatuordecim hebdomadas.

Sponsam Bethlehemi singularis currus expectat Briegæ, in quem 20000 Vnciales impensi, inq; eodem exornando 18 acupictores laborasse dicuntur. Ei Cæsar per Silesiam liberum com meatum dari jussit.

Hagæ comitum status, habito cum occidentalis Indiana societatis curatoribus consilio, constituerunt benè instructam classem cum 3000 militibus in terram *Porto Rico* mittere: cum sua permagni inter sit ejusmodi locū in sua potestate retinere; in quo invenerunt 100 tormenta majora ærea, multasq; laminas argenteas, & alia preciosa bona, quæ omnia statibus & societati reservantur. *Urbis* affabre est ædificata. Castrum ediciores loco situm. Insula ipsa bene culta & fertilis, & octo miliaria ambitu suo complecti dicitur: sed incolæ sunt feri & belluini. Navigatio ex *Hollandia* illuc est brevis, cum 45 dierum spacio vento secundo absolvi possit. *Rex* au-

RELATIO VI.

tem *Hispania*, quia suis navibus argentiferis metuit, in-
audium tributum subditis suis, quotannis in usus bel-
licos pendendum, indixit.

In *Gallia* hi, qui de Religione sunt, Millonij con-
cluserunt, & se & religionem usq; ad extremam san-
guinis guttulam, unitis animis & corporibus conjun-
ctis, defendere: idq; Regi per suos denuò significa-
runt, submissè petentes, rem aequabilibus conditioni-
bus componi. Sed nondum est hæctenus intellectum,
facerrimos Iesuiticæ sectæ Patres id concessuros. Ru-
pellis multæ naves frumento & alijs ad victum neces-
sarijs onustæ portum feliciter subjerunt.

Colonia 1000 equites *Cæsar* confribit: idem fit &
Uratisslavæ, & à Generali circuli, à Duce *Wenceslao*,
Duce *Teschinensi*, & in *Brabantia* nava sunt militum
collectiones: inprimis verò tumultariè coguntur plu-
rimi nautici calones. Rex *Gallia* omnia bona, quæ in
Hispaniam transferri voluerunt, publicavit. *Uratisslavæ*
circa 18 lanua. omnibus, qui habitant in ijs regionibus,
quæ jurisdictioni Capituli Ecclesiæ Cathedralis
subjectæ sunt, severè præceptum est, ut intra præsens
Pascha papizent, aut, suis desertis, abeant in exilium.
Glogovia, quæ major dicitur, omnia ad nutum Papæ
sunt acta, transacta: Senatusq; est mutatus. Unum ta-
men Templum Provinciales sibi hæctenus servarunt: qua
fortuna, eventus docebit. Sed & *Uratisslavie* mutatio-
nem Religionis tentari, susurratur. *Saxoni* Electori à
Cæsare soluti sunt hoc tempore bis centeni mille tha-
leri. In *Bohemia* Monetarij 14 in carcerem conjecti sunt,
inter quos est & sacrificulus quidam. Circa idem tem-
pus

DE EODEM JANUARIO 1626.

pus Domino *Breunero*, loco electi episcopi, Regis Poloniae filij minimi natu, Administratio in sexennium a Praelatis confirmata est: quo factio *Novesium* ad capessendam gubernationem profectus est.

Brunsviga Legati adhuc una fuerunt 4 Februarij: speraturq; tandem fore, ut atrox hoc bellum transigatur, consiliaq; quae sedulo & serio semper conferuntur, felicem, quod Deus velit jubeat, sortiantur effectum. Iamq; aliquot dies effluxerunt, ex quo tempore nihil utrinq; tentatum fuit. Dux *Christianus* in figendis suis castris sibi qua prudentissimè prospexit, ut illi facile incommodare hostis non possit: cum contra ex illis saepissimè obruantur *Fridlandici* & *Tillæi*. Habita tamen generali lustratione, persolutoq; militi stipendio; in quam rem eodem 4 Febr. decem currus, pecunia onerati, *Brunsvigam*, praesidiario milite cincti, ingressi sunt; forte alia audientur.

Magaburga, dum alibi inopia laboratur, magna omnium rerum est abundantia: itinera tamen sunt intuta, ut nihil exportari possit. Nihil hostile hinc inde in illis partibus agitur; praeparationes tamen bellicae ubiq; flagrant. Nam & Episcopus *Hallensis* se instruit multo milite: idemq; fit in *Pomerania* & *Megapoli*. Elector *Brandenburgicus* edictis publicis suos paratos esse jussit; idq; gratissimum esse & Nobilitati & caeteris ordinibus perhibent: quippe, cum videntes videant, tantam alijs provinciis perniciem inferri, prompti sunt pro aris & focis dimicare. Spes tamen est, rem, Electoris *Saxonis* labore indefesso, curisq; & interpellationibus compositum tandem iri.

Roden-

RELATIO VI.

Rodenburgi a. d. 5. Februarij Rex Danicæ, hujusq; filius electus Rex, & Dux Brunsvicensis Ulricus Fridericus adhuc substiterunt. *Exercitum* autem Regium, præter præsidarios, illinc moturum, memorant: quo, nescitur. Multæ vero aliæ copiæ quotidie conscribuntur & ex regno *Dania* 4000 Soldurij electi expectantur.

Lunenburgensis ager scætet militibus: alijsq; Regiis aliò proficiscentibus, statim alijs succedunt. Quo a tem Regi tendant, quid moliantur, postmodum discemus.

Lowenburgi circa 8. Februarii commoratus est *Mansfeldacus*, qui tamen aliquot centenos equos dimisit, ut ad *Albim* se conferant: hos, ut fama est, reliquæ ipsius cohortes sequentur: ut, quæ quorundam est conjectura, aliquem præcipuum locum occupent.

F I N I S.

